

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5874

**Auteur(s) :** Audin, Évreux (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Évroult-Notre-Dame-du-Bois, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1113-1139, juillet]

**Action juridique :** confirmation générale

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Audin, évêque d'Évreux, confirme à l'abbaye de Saint-Évroult tout ce qu'elle possédait dans le diocèse d'Évreux du temps de ses prédécesseurs, ce qu'elle possède de son temps, et ce qu'elle pourra y obtenir à l'avenir.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Combalbert Grégory, *Actes des évêques d'Évreux (XIe siècle-1223)*, à paraître sur E-Cartae(lien à venir)

Texte établi d'après a

Audinus, Dei gratia, Ebroicensis episcopus omnibus ad quos presens scriptum pervenerit in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse monasterio Beati Ebrulfi quidquid in episcopatu Ebroicensi temporibus predecessorum nostrorum et nostris canonice possiderunt, et ea omnia que futuris temporibus ibidem, volente Domino, poterunt adipisci tam in ecclesiis quam in decimis sive terris et aliis quibuslibet elemosinis, in quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda : ecclesiam videlicet de Aquilevilla cum duabus partibus decime garbarum lini, canabi et leguminum et manerium monachorum, cum tota villa et aliis pertinentiis suis ; ecclesiam de Viler Lesgax cum duabus partibus tocius decime garbarum lini, canabi et leguminum et V solidis in altari et homines plures in eadem villa ; apud Vernonem, quinque modis vini de cellario domini ejusdem ville ; apud Albam Viam, duos modios bresi et quadraginta solidos andegavensium de manu comitis Ebroicensis, et ibidem duas vineas ; apud Ebroicas, unum furnum et unum hospitem ; apud Longam Villam, decem modios vini de vino comitis Ebroicensis, et ibidem duas vineas ; apud Toneium, quasdam vineas et terras et homines plures ; apud Limbuef, duas partes tocius decime que est de feodo de Grentemesnil quod tenet Ricardus de Castris ; apud Aquigneium, unum hospitem ; apud Conchas, unum hospitem ; apud Britolium, unum hospitem ; apud Boscum Roberti, duas partes decime et terras et homines plures et patronatum ecclesie ; apud Rollum, unum hospitem ; apud Bernerias, duas partes altaris et tocius decime feodi bladum de Vax ; apud Poileium, medietatem totius ecclesie et cimiterii et decime garbarum ligni, canabi et leguminum ; ecclesiam de Warnenvilla et duas parte tocius decime garbarum ligni, canabi et leguminum, et manerium unum cum hominibus et terris aliisque pertinentiis suis ; in omnibus terris et villis nostris et nemoribus et comitum Lecestrie et Mellenti et domini de Toeneio in episcopatu Ebroicensi, quitanciam victus et vestitus omnium monachorum Sancti Ebrulfi et famulorum suorum ab omni passagio et theloneo et pasnagio ; similiter de omni dominio et terris et nemoribus comitis Ebroicensis ; ecclesiam Sancte Marie de Gonfreeria et duas partes tocius decime garbarum lini, canabi et leguminum, et quadraginta solidos Andegavensium in altari ; ecclesiam de Gauvilla et duas partes tocius decime lini, canabi et leguminum, et viginti solidos in altari, et terras et homines plures in eadem villa, et unum sexterium avene ; in medietaria Willelmi Fresnel apud Feritatem Fresnel, decimam omni reddituum thelonei videlicet molendinorum, nemorum et plesseicei domini ejusdem ville, et in divercis culturis ipsius, medietatem tocius decime, et in omnibus campis quos vulgo

ruptides vocantur, duas partes tocius decime, et decem solidos quos habet Willelmus Fresnel in redditu ejusdem ville ; apud Aquilam et in omni feodo ejusdem ville, quitanciam victus et vestitus monachorum et famulorum ipsorum ab omni passagio et theloneo, cornagio et pasnagio, et omni homini eorum in feodo Aquile manencium ; apud Albam, quasdam decimas ; apud Asperas, quasdam decimas ; ecclesiam Beate Marie de Sancto Ebrulfo cum capellis Sancti Ebrulfi et Sancti Dyonisii et omnibus aliis pertinentiis suis, salvo tamen jure episcopali, presbyter vero in ea ministrans percipies procurationem suam et vestituram sufficientem et congruam in domo monachorum cum clerico uno ; apud Mesnil Mauduit, duas partes tocius decime bladorum et leguminum ; ecclesiam Sancti Martini de Sarneriis et duas partes tocius decime ejusdem ecclesie, de assensu Gilleberti Gooud, militis. Ut igitur hec nostra concessio firma et inconcussa servetur, sigilli nostri munimine eam duximus roborandam.